misericordie eius: et mirabilia eius
filiis hominum Qui saciavit ani
mam inanem: et animam esurien
tem saciavit bonis Sedentes
in tenebris et umbra mortis:
vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbaverunt eloquia dei:
et consilium altissimi irritaverunt
Et humiliatum est in labori
bus cor eorum: et infirmati sunt nec
fuit qui adiuvaret Et clama
verunt ad dominum cum tribularentur: et de
necessitatibus eorum liberavit eos
Et eduxit eos de tenebris et um
bra mortis: et vincula eorum disru
pit Confiteantur domino misericordie eius
et mirabilia eius filiis hominum
Quia contrivit portas ereas: et
vectes ferreos confregit Suscepit
eos de via iniquitatis eorum: propter
iniusticias enim suas humiliati sunt
Omnem escam abhominata est
anima eorum: et appropinquaverunt
usque ad portas mortis Et cla
maverunt ad dominum cum tribularen
tur: et de necessitatibus eorum libera
vit eos Misit verbum suum et sanavit
eos et eripuit eos de interitioni
bus eorum Confiteantur domino
misericordie eius: et mirabilia eius filiis
hominum Et sacrificent sacrificium
laudis: et annuncient opera eius
in exultacione Qui descendunt

mare in navibus: facientes opera
tionem in aquis multis Ipsi vide
runt opera domini: et mirabilia eius
in profundo Dixit et stetit spiritus
procelle: et exaltati sunt fluctus eius
Ascendunt usque ad celos et descen
dunt usque ad abissos: anima e
orum in malis tabescebat Turbati
sunt et moti sunt sicut ebrius: et omnis
sapiencia eorum devorata est Et cla
maverunt ad dominum cum tribularen
tur: et de necessitatibus eorum eripu
it eos Et statuit procellam eius
in auram: et siluerunt fluctus eius
Et letati sunt quia siluerunt: et
eduxit eos in portum voluntatis eorum
Confiteantur domino misericordie eius: et mira
bilia eius filiis hominum Et exal
tent eum in ecclesia plebis: et in ka
thedra seniorum laudent eum Posu
it flumina in desertum: et exitus
aquarum in sitim Terram fructi
feram in salsuginem: a malicia
inhabitancium in ea Posuit deser
tum in stagna aquarum: et terram sine
aqua in exitus aquarum Et collo
cavit illic esurientes: et constitu
erunt civitatem habitacionis Et semi
naverunt agros et plantaverunt
vineas: et fecerunt fructum nativi
tatis Et benedixit eis et multiplica
ti sunt nimis: et iumenta eorum non
minoravit Et pauci facti sunt

Fragm. lat. 97-1

Universitäts-Bibliothek Leipzig

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 97, 1r mit Farbkeil – Psalterium feriatum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-j4r7/205/2854)